UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 103. Novendecim Cardinales a Clemente XI. Papa Romana Purpura decorati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67633

Visual Library

„in indigno hærede non deficit, confirmare debeat Fratres ſuos, non ipſe „a fratribus confirmari. Unitatem demum Catholicæ Eccleſiæ, rejectis vanis & inutilibus contentionibus, quæ „magis quæſtionem præſtant, quam „ædificationem Dei, firmiter cuſtodiamus. Unitatem ſcilicet illam, quæ „ut a Majoribus noſtris accepimus, „in eo potiſſimum ſita eſſe dignoſcitur, „ut quamvis in Populo Dei multi Sacerdotes ſint, multique Paſtores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos „principaliter regit & Chriſtus.„

Sæc. XVII. A. C. 1706.

## §. CIII.

### *Novemdecim Præſules a Clemente XI. ſummo Pontifice Romana Purpura decorati.*

Cum e Sacro Collegio plures Cardinales ab obitu Innocentii XII. vivis erepti fuiſſent, Clemens XI. ejusdem Succeſſor hoc anno die decima ſeptima Maji novemdecim Præſules Romana ornabat Purpura. Hos inter primus erat Franciſcus Martellus patria Etruſcus, Patriarcha Jeroſolymitanus Cardinalis Presbyter tit. S. Euſebii. II. Joannes Albertus Badouaro Venetus, ejusdem Reipublicæ Patriarcha Cardinalis Presbyter tit. S. Marcelli, & poſtea S. Marci,

*Ketteler Hiſt. Decad. V. pag. 375. Cimarol. Mem. Mund. pag. 757. Gottfrid Hiſt. cont. l. 14. p. 659. Guarn. vit. Pontif. Orat. Clem. XI. pag. 19.*

Sæc. XVII. A. C. 1706.

Marci. III. Laurentius Caſoni Neapolitanus, Archiepiſcopus Cæſareæ, apud Neapolis Regem Sedis Apoſtolicæ Nuntius Presbyter Cardinalis tit. S. Bernardi ad Thermas. IV. Laurentius Corſini Florentinus, Archiepiſcopus Nicomediæ poſtea Pontifex ſub nomine Clèmentis XII. Presbyter tit. S. Suſannæ & poſtmodum S. Petri ad Vincula. V. Laurentius Fieſchi patria Genuenſis ibidemque Archiepiſcopus, Cardinalis Presbyter tit. S. Mariæ in Pace. VI. Philippus Antonius Gualtierus patria Urbevetanus apud Franciæ Regem Nuntius Apoſtolicus, Epiſcopus Imolenſis, Cardinalis Presbyter tit. S. Chryſogoni. VII. Horatius Philippus Spada patria Lucenſis Pontificius in Polonia Nuntius Cardinalis Presbyter tit. S. Onuphrii. VIII. Franciſcus Aquaviva patria Neapolitanus in Aula Hiſpanica Apoſtolicus Nuntius Lariſſæ Archiepiſcopus, Cardinalis Presbyter tit. S. Bartholomæi in Inſula. IX. Chriſtianus Auguſtus Saxo - Citienſis Dux natione Germanus Jaurinenſis Epiſcopus Cardinalis Presbyter ſine titulo eoquod nunquam Romam veniſſet. X. Carolus Colonna patria Romanus, ſupremus Pontificiæ Aulæ Magiſter Cardinalis Diaconus tit. S. Angeli in foro Piſcium. XI. Alexander Caprara patria

tria Bononienſis Romanæ Rotæ Auditor, Cardinalis Presbyter tit. SS. Nerei & Achillei. XII. Joſephus Abbas de la Tremouille natione Gallus, Rotæ Auditor Cardinalis Presbyter tit. SS. Trinitatis in monte Pincio. XII. Petrus Priuli Venetus Alexandri VIII. Pro-Nepos, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & Cardinalis Diaconus tit. S. Hadriani. XIV. Raynutius Pallavicinus patria Genuenſis Romanæ Urbis Gubernator, Cardinalis Presbyter tit. S. Agnetis. XV. Nicolaus Grimaldi pariter Genuenſis, Secretarius Congregationis Epiſcoporum, Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ in Cosmedin. XVI. Carolus Auguſtinus Fabronius Piſtorienſis Secretarius Congregationis de propaganda fide Cardinalis Presbyter tit. S. Auguſtini. XVII. Joannes Dominicus Paraciani patria Romanus ſummi Pontificis Auditor, Cardinalis Presbyter tit. S. Anaſtaſiæ. XVIII. Thomas Ruffus patria Neapolitanus Nicææ Archiepiſcopus Cardinalis tit. S. Mariæ Trans Tyberim. Nominabat inſuper Pontifex eadem die Gabrielem Filipuccium, Cardinalem Diaconum qui tamen miro veræ humilitatis exemplo hanc dignitatem acceptare recuſavit, ac propterea has ad eum dedit literas:

Sæc. XVII.
A. C. 1706.

Sæc. XVII.
A. C. 1706.

*Beatiſſime Pater!*

„Invaluitrumor, ſanctitatem veſtra
„inter Cardinalitia dignitate decora
„dos me quoque adſcribere delibera
„Fateor ingenue, me hujusmodi r
„morem non modo vanum prorſus
„inanem, ſed etiam ſummæ prudent
„Sanctitatis veſtræ injurioſum ſemp
„habuiſſe & adhuc habere, cum r
„vera me nulla ex iis qualitatibus pr
„ditum agnoſcam, quibus ad tan
„dignitatis culmen paratur adſcenſ
„Verum quia ſumma & innata boni
„quæ in Sanctitate veſtra reſidet, h
„omnibus poſthabitis vere adhuc e
„cere poſſet, quæ falſo, ut dixi, a
„ma nuntiata fuiſſe exiſtimavi: idcir
„in hoc caſu humillime provolutus
„pedes ſanctitatis veſtræ, majori, q
„poſſum, ſubmiſſione, aliis quamp
„rimis rationibus omiſſis, pono a
„ejus clementiſſimos oculos grav
„meam ætatem, quæ in hiſce poſt
„mis diebus indiget pace & quie
„non autem agitationibus, quas ſec
„ferunt negotia eidem dignitati nec
„ſario annexa. Spero itaque Sanct
„tatem veſtram benigne admiſſur
„eſſe eam, quam poſt diuturnas
„Deum fuſas preces ſponte, libere
„matura prævia deliberatione nunc
„c

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„cio, & in qua, Deo dante conſtan- Sæc. XVII.
„tiſſime, quoad vixero, perſeverabo, A.C. 1706.
„recuſationem, vel potius acceptatio-„nem, ſeu etiam, ſi opus fuerit, re-„pudiationem aut renuntiationem Car-„dinalatus, cum præventiva tamen fa-„cultate, quatenus opus ſit, ſi ita pla-„ceat ſummæ bonitati Sanctitatis veſtræ, „retinendi pro mea honeſta ſuſtenta-„tione Canonicatum, quem nunc ob-„tineo in Eccleſia S. Joannis in Late-„rano cum penſionibus, una ſcilicet „ſuper altero canonicatu ejuſdem Ec-„cleſiæ, alia ſuper canonicatu Baſilicæ „S. Petri & reliqua ſuper dignitate ca-„thedralis Alſinæ, necnon alia officia, „quæ modo ſimiliter obtineo. Vene-„rabundus deoſculor pedes Sanctitatis „veſtræ, deprecans ei a Deo optimo „maximo omne bonum, humillimus & „obſequioſiſſimus ſubditus.„

*Gabriel Filipuccius.*

Has Filippuccii literas Pontifex in publico Purpuratorum Senatu prælegi, ac deſuper deliberari juſſit, ſimulque Patrem Caſinium ad eundem ablegavit, qui eidem ad ſublevandam inopiam, & ſuſtentandam cum decore dignitatem duodecim ſcutatorum millia Pontificis nomine offerret, pariter Mareſcottus, & Ottobonus Cardinales necnon Burg-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

heſius Dux viginti aureorum millia do[...] obtulerunt: Verum Filippuccius n[...] modo ejusmodi promiſſis a ſuo propo[...]ſito averti non poterat, ſed amica ali[...]rum vi, importunisque precibus fe[...]fatigari tam iniquo ferebat animo, [...] in periculoſum incideret morbum: cu[...] ergo Pontifex hanc repulſam nulla[...]nus ex ſimulata humilitate oriri cerne[...]ret; nec tamen in re adeo rara ſin[...] aliorum conſilio procedere vellet, tr[...]decim Cardinalium Congregationem e[...]rexit, in qua decideretur: An Ponti[...]fex obedientiæ præcepto Filippucciu[...] ad acceptandam Purpuram cogere v[...]leat? His autem die vigeſima quint[...] Maij negando reſpondentibus, Fili[...]puccius publicum ſuæ renuntiatio[...] teſtimonium confici juſſit, illudque d[...] ultima ejusdem Menſis ſummo Ponti[...]fici tradidit; quocirca Clemens Pap[...] die ſeptima Junii coram triginta ſept[...] Cardinalibus hujus Purpurati ceſſion[...] acceptavit, habitoque Patrum Sena[...] hunc in modum peroravit: „Inter eo[...] „quos in præterito Conſiſtorio, de u[...]„nimi fraternitatum veſtrarum conſil[...] „pariter, & aſſenſu, Cardinales cre[...]„vimus, fuit, ſicuti noſtis, dilectus f[...]„lius Gabriel Philippuccius Signatur[...] „juſtitiæ votans. Curaverat is quide[...] „prius Nobis non obſcure indicare a[...]

„mu[...]

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„mum ſuum a tantæ dignitatis, quam „ſibi deferendam audierat, fulgore re- „fugientem; ſed ut verum ingenue fa- „teamur, Chriſtiana hæc, & rara viri „humilitas potius nos in ſuſcepto con- „ſilio magis confirmavit. Clarius ille „poſtmodum ac diſſertius ſenſus ſuos „aperuit ſupplici libello vobis in eo- „dem conſiſtorio per dilectum filium „noſtrum Galeatium Cardinalem Ma- „reſcottum porrecto, cujus tenorem „tunc audiviſtis, & hodie iterum au- „dietis. Noluimus hac in re quidquam „tum in conſueta celeritate decernere: „ſed ſolum eidem Gabrieli longius tem- „pus ad deliberandum concedere velle „declaravimus, ut tam ſuis, quam „aliorum precibus divinam voluntatem „accuratius exploraret, ſperantes pro- „fecto, tametſi a compellendo invitum „vere eſſemus alieni, quod ipſe ſerius „animo reputans ſe per miniſterium no- „ſtrum a Deo vocatum fuiſſe, judicio „tandem noſtro acquieſcere deberet, „ac non minus amicorum lacrimis, „quam ſuaſionibus flecti. Verum ali- „ter omnino res accidit; ille ſiquidem „propoſiti tenax, accepto geſtæ rei „nuncio, idem, quod antea conſtantiſ- „ſime ſemper ſenſit, idem, quod antea, „demiſiſſime ſemper precatus fuit. Nul- „lum interea Nos, adhibita ad id ſpe-

Sæc. XVII. A. C. 1706.

„ſtatæ pietatis. & prudentiæ virorum
„opera, hortationis genus omiſimus,
„quo optimum ſenem de ſuſcepta ſen-
„tentia deduceremus, ac rationes, qui-
„bus ille cauſſam ſuam orabat, rejice-
„remus; omnia tamen irrito conatu;
„nec ſolum irrito, ſed ei inſuper gravi
„adeo & moleſto, ut ipſa ejus vita in
„propinquum diſcrimen pene adducta
„fuerit. In hoc rerum ſtatu quid con-
„ſilii capere deberemus, a compluribus
„ex fraternitatibus veſtris, quarum fi-
„deli in ſinu Pontificiæ ſollicitudinis cu-
„ras deponere conſuevimus, libentiſ-
„ſime exquiſivimus, & ſane re mature,
„ac diligenter, quemadmodum veſtri
„moris eſt, diſcuſſa, nullam renuenti
„vim adhibendam eſſe unanimes cen-
„ſuiſtis. Interim idem Philippuccius,
„ne de conſtanti ejus voluntate recu-
„ſandi, refutandi, ac etiam renuntiandi
„Cardinalatum unquam dubitari con-
„tingeret, omnia, & ſingula in ſup-
„plici ſuperius enunciato libello con-
„tenta confirmando & ampliando, ube-
„rius adhuc, & ſolemnius animum ſuum
„hac in re declaravit, publico de-
„ſuper celebrato inſtrumento, quod
„mox a ſecretario Collegii veſtri le-
„gendum erit.„

Poſtea Pontifex præfatum Filip-
puccii teſtimonium prælegi juſſit, ſuum-
que

que ſermonem his verbis abſolvit: „His omnibus attentis B. Gregorii prædeceſſoris noſtri exemplum ſequentes, „qui invitum neminem Epiſcopale onus „ſubire Apoſtolica juſſione coegiſſe un„quam reperitur, recuſationem, re„pudiationem, ſeu renuntiationem a „præfato Gabriele Philippuccio, ſicut „præmittitur, factam, admittere in„tendimus, eidem Gabrieli forſan ali„quando illud ipſum dicturi, quod præ„dictus B. Gregorius cuidam Sebaſtia„no, qui commiſſum ſibi ab Anaſtaſio „Patriarcha Eccleſiæ regimen recuſa„verat, reſcripſit videlicet: *Senſum, ac ſapientiam veſtram valde ego libenter amplexus ſum, laudavi vehementer, & vos felices, me infelicem eſſe deputavi, qui hoc tempore regimen Eccleſiæ ſuſcepiſſe conſenſi.* Faxit divina Bonitas, quæ om„nia ſapienter diſponit, ex humili hac „ampliſſimæ dignitatis recuſatione non „minus utilitatis, & ornamenti in Ec„cleſiam derivari, quam ex tot præ„ſtantium virorum laboribus. qui gra„via ejusdem dignitatis onera non re„fugerunt.„

Sæc. XVII.
A. C. 1706.

Acceptata igitur renuntiatione Pontifex Joſephum Vallemanum Cardinalem, quandocunque ei placuerit, declarandum in ſuo, ut vocant, pectore reſervavit, atque in Filippuccii locum

Sæc. XVII. A. C. 1705.

nominavit Cardinalem Presbyterum Michaelem Angelum de Comitibus Archiepiſcopum Farſenſem.

## §. CIV.

### *Ejusdem Cardinalis Filippuccii obitus.*

*Guarnac. vit. Pontif. pag. 114. Vitæ Card. t. 1. p. 79.*

Hic idem Cardinalis, qui ſane magnus, quia Purpuram meruit, & maximus erat, quia renuit, ex nimia Amicorum importunitate, & Magnatum undequaque ad eum confluentium frequentia tantam animi perturbationem ſuſceperat, ut in gravem febrim incidens in maximum vitæ diſcrimen incideret, ac demum die vigeſima prima Julii annos natus ſeptuaginta ſex piiſſime decederet. Erat Maceratæ ex Patritiorum gente natus, atque ab infantia in ſolidæ pietatis virtutumque exercitiis enutritus. Liberalium ſanctiorumque literarum ſcientia juvenilibus annis in patria crevit, fructumque illarum præcipue jurisprudentiæ virilibus annis ubertim in uſus ſuos ac miſerorum levamen convertit; Romam enim delatus, ac Doctorali laurea clarus, patrocinantibus Pallotto & Odeſcalcho Cardinalibus, forenſi jurisprudentiæ vacabat, ac præcipue inopum que oppreſſorum cauſſas agebat, pa-

lopod